Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Straßburger Formularbuch - Cod. St. Blasien 98

[Straßburg], [um 1450-1470]

Herzog Ludwig von Sizilien und Jerusalem

urn:nbn:de:bsz:31-53538

Visual Library

Francorum vobis pluribusque et domui ac Regno vestris Francie videatur adversari
se opponere, et cum omni sinceritate prudenter ac si de lumbis Regis Francorum, et vestris
vere fuisset legittime procreatus, eratque vobiscum cum omni promptitudine fratrum
ad hec aspirantibus paratus statum, et honorem Regalis ac vestre Regiminalis maiestatum
ac potestatem plenum totius domus et Regni vestrorum Francie, una cum fratribus, et suo
filialis potencie clipeo nos tamquam se, et nec tamquam proprius filius vestri constitute
unita assistere et ab omnibus impugnatoribus, tam intrinsecis quam extrinsecis, viriliter
relevare, protegere, et in omni felicitate Regnum ipsum iuxta duplicata Regie maiestatis
Francorum dirigendo fideliter et firmiter manutenere. Orreat igitur deus illis
si volt, qui tantorum bonorum calumpniosa interpretacione occasionem prestare presumunt
et impedimentum felicis consummacionis, quorum apud nos neminem infamantur
detractorem. Ecce iam patet manifeste quod minima in talibus neglecta
principia in maxima vergunt, et dispendiose crescunt scandala, et per mala que
preveniunt indicantur mala deteriora que subsequentur. Parvus enim error
in principio maximus erit in fine. Datum Calisij etc.

Sigismundus etc. Serenissimo principi Ludovico eadem gratia Ierusalem et Sicilie Regi etc. fratri
nostro carissimo, salutem in salutis actore et pacis amatore. Serenissime princeps frater noster
carissime. Satis nos pungit interius Res nova quam scribimus, ymo nostra
medullitus intrinseca pertrebat, dum ibi inquietudinis agitatam experimur,
ubi quietis dulcedinem studiosius paraveramus. Inde acrius ledimur et
non mediocriter impetimur, unde pacis deberet habundancia prodire, caritatis
religio et beatitudinis zelus a catholice fidei cultoribus ex perspicuis fiducie
argumentis indubie expectabatur. Nuper equidem per quendam Cambellanum
allate fuerunt simul et presentate nobis litere Serenissimi principis Karoli Regis
Francorum fratris nostri carissimi talis continencie prout exprimit cedula presentibus
inclusa. Ad quarum contenta digesta deliberacione prescripta nostra equanimiter
respondimus, que ad noticiam vestram perveniet cum in Francorum Regis magno
consilio proprium locum obtineatis, pervenire haud ambigimus. Novit ille
qui nil ignorat, quod ex fervore intrinsece caritatis qua ad prefatum Regem
Francorum domumque et Regnum ipsius iugiter gessimus, more progenitorum nostrorum
fidei puritate sincera sicut ex gestorum sublimium memoria certitudinem obtinemus,
fervencius desideriis semper optavimus ut Regie magnitudinis status inclitique
domus predicte prosperitas felicius exaltetur, et Regnum Francie maneat
semper optata felicitate tranquillum. Et ideo sic efficere nostris sollicitudinibus
indefesse que sibi grata et utilia cognovimus, novimus quod propria negocia
fuimus postposita aviditate componende pacis, et voto periculosi dissidii causa
intrinseca removendi specialiter nostra dirigebatur diligencia accurata. Receptis

in negocio ad pacem parato aliud et perverso consilio putaverimus providendum quam rei experiencia
docuit. Vidimus enim fidedignorum assercione serenissimam principum dominam Reginam
Francorum sororem nostram percarissimam, vobis et reverendissimum dominum Cardinalem
Barensem et alios de prosapia Regali, nedum affectibus, divine provisionis clemencia
ut firmiter credimus paratis ad pacem concordie concurrisse. Nimirum quia ne-
gocii qualitas [illegible] expetebat, et rei succedentes eventus maiora nobis
[illegible] auspicia suadebat. Sed aliorum qui pacem detractant ut pullulet
dissidium et oriatur scandalum, quod valde fuit modernis temporibus nedum Regno
ipsi Francorum benedicto, sed et toti christianitati onerosum, perversis machinacionibus
malignancium procurantibus, negocium ipsum in quo non sine laboris assiduis studiis
fuerat tanto tempore sudatum extitit totaliter immutatum. Et cum malignantes
ipsi iam a fratribus suis cogniti, cedes baronum et sanguinis humani copiose effu-
sio occulto dei iudicio qui novit in absconditis consilium malignancium [illegible]
[illegible] patenter ostendunt quid poterit alterare bonorum tanto labore partorum, de
quo minime multa ducimur compassione. Scimus enim nos vobis contra
quendam Ladislaum de Duracio, dum vivebat, assistenciam Regem et eius heredes
ad recuperandum Regnum vestrum Sicilie fore obligatos, prout in literis desuper confectis
plenius continetur. Parcat igitur deus illis si velit [illegible] sup. Datum ut supra [illegible]

Sigismundus etc. Illustri principi Wilhelmo duci Bavarie et Comiti Hanonie etc.
consanguineo nostro et sacri Imperii fideli dilecto salutem et [illegible] bone voluntatis.
Illustris princeps consanguinee noster carissime. Pater luminum quem nullius latet secretum
novit quanta fidei puritate quantisque sudoribus laboribus quantis eciam sumptibus et expensis
serenissima ecclesia sponsa Regum ac inclita filia nostra [illegible] peculiaris nostro Regno
Hungarie [illegible] in deserto relicto [illegible] [illegible] et [illegible] generalis fore
[illegible] a nostris [illegible] temporibus [illegible] ad pacem et [illegible] dei [illegible] scismatis
in [illegible] pestifere [illegible] submocionem et [illegible] veri et indubitati sui [illegible]
[illegible] eciam et [illegible] per concordiam et pacificacionem principum catholicorum
[illegible] discordancium et [illegible] nostrorum principum Henrici Anglie et Karoli Francie
Regum [illegible] causa [illegible] scismatis [illegible] dei [illegible]
radicibus [illegible] quibuslibet [illegible] diebus ac noctibus [illegible] et sine aliquo labore
[illegible] intendamus quod et quanta [illegible] ad felicem [illegible] negocium cause dei [illegible]
facte non cessamus nec ambigimus [illegible] totius mundi catholicis principibus et [illegible]
[illegible] quibuscumque orthodoxe fidei [illegible] sedem sui [illegible] ad idem
constare in premissis. Itaque consanguinee [illegible] adhuc in dicto Regno nostro Hungarie
[illegible] ac post in Italie et Lumbardie partibus [illegible] Almanie [illegible]
[illegible] concilio [illegible] nobis [illegible] per quot et quantas [illegible] nostros [illegible]
suos [illegible] Rex [illegible] non sine [illegible]
presencia Regalis ac tocius magni consilii Regni sui Francie matura deliberacione super eo
nobis [illegible] per pace perpetua ac longo [illegible] ad tractatum matrimonii [illegible]
noto [illegible] Regni Francie ab una ac [illegible] Henricum [illegible] Regem
Anglie [illegible] Regnum partibus ex altera tractandum stabiliendum
et firmandum nos interponere [illegible] calamo describi [illegible] nobis
[illegible] apud [illegible] Ferdinandum Regem Arragonum [illegible] ac Petrum de Luna [illegible]